



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

XVII. De Mvliere Paralytica curata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

DE MULIERE PARALYTICA curata.

XVII.



MULIER quædam paupercula grauissima dissoluta paralyti per decem & octo hebdomadas, pro quantacunq; corporis sui necessitate, vel se mouere delecto vel surgere non valebat.

Quæ de viri sancti virtutibus concepta fiducia, quodam diluculo vestibus suis induitur in PRVVLINGEN asserens se ituram, quam cum scemina commanentes insanire præ infirmitate putarent, deduci ab eis ad ostium attente postulans impetrauit. Hæc inter tenentium manus sanctum obnixius obsecrauit, vt si vorum eius sibi placeret atq; deuotio, vires deambulandum sibi apud Dominum obtineret. Nec mora tanta celeritate, quas ductrices habuerat antecessit, vt primæ nouissimæ & prima nouissima in itinere viderentur & vix eam alię consequi preualerent.

ITEM DE QVADAM MULIERE sanata.

XVIII.



MULIER dicta ALHEIDIS, de villa vicina conobio, sic est percussa paralyti, vt ore retorto deformiter ad maxillam & vno oculo excecato, horrendam faciem circumferret. Hæc in vigilia Epiphaniæ, quædo in crastino anniuersarius Sancti peragitur, ad sepulchrũ eius accedens, eius suffragia intensissime flagitauit. Itaq; mane regressa orauit eundem sermonem, & statim ore ad statum pristinum reformato, & oculo restituto, similiter plenam est adepta sanitatem.

DE